tertiam, X longitudinem quam Cometa toto illo tempore ea cum velocitate quam habet in mediocri Telluris à Sole distantia, describere posset, & tV perpendiculum in chordam $T\tau$. In longitudine media $t\mathcal{B}$ sumatur utcunque punctum $\mathcal{B}$, & inde versus Solem S

ducatur linea $\mathcal{B}E$, quæ sit ad Sagittam tV ut contentum sub $S\mathcal{B}$ & St quadrato ad cubum hypotenusæ trianguli rectanguli, cujus latera sunt $S\mathcal{B}$ & tangens latitudinis Cometæ in observatione secunda ad radium $t\mathcal{B}$. Et per punctum E agatur recta AEC, cujus partes AE, EC ad rectas TA & τC terminatæ, sint ad invicem ut tempora V & W: Tum per puncta A, $\mathcal{B}$, C, duc circumferentiam circuli, eamque biseca in i, ut & chordam AC in I. Age occultam Si secantem AC in λ, & comple parallelogrammum $iI\lambda\mu$. Cape $I\sigma$ æqualem $\frac{3}{2}I\lambda$, & per Solem S age occultam $\sigma\xi$ æqualem $\frac{3}{2}S\sigma + \frac{3}{2}i\lambda$. Et deletis jam literis A, E, C, I, à puncto $\mathcal{B}$ versus punctum ξ duc occultam